

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Verbum b
cum fonte primo

Custodicio uerborum Dei intelligenda est operatio preceptorum. Frustra enim custodiuntur memoria, si non custodiuntur et uita; nam uerba Dei tenendo agunt quidam ne obliuiscantur, nec agunt uiuendo ne corrigantur.

Augustinus super illud: In quo corrigit adolescencior.

Sed hoc loco custoditio uerborum Dei, intellegenda est operatio praeceptorum. Frustra enim custodiuntur memoria, si non custodiantur et uita. Nam quidam uerba Dei tenendo agunt ne obliuiscantur, nec agunt uiuendo ut corrigantur.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos CXVIII.*, 5, 1 (CCSL 40, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.1676, ll.6-10).